



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



## Über dieses Buch

Dies ist ein digitales Exemplar eines Buches, das seit Generationen in den Regalen der Bibliotheken aufbewahrt wurde, bevor es von Google im Rahmen eines Projekts, mit dem die Bücher dieser Welt online verfügbar gemacht werden sollen, sorgfältig gescannt wurde.

Das Buch hat das Urheberrecht überdauert und kann nun öffentlich zugänglich gemacht werden. Ein öffentlich zugängliches Buch ist ein Buch, das niemals Urheberrechten unterlag oder bei dem die Schutzfrist des Urheberrechts abgelaufen ist. Ob ein Buch öffentlich zugänglich ist, kann von Land zu Land unterschiedlich sein. Öffentlich zugängliche Bücher sind unser Tor zur Vergangenheit und stellen ein geschichtliches, kulturelles und wissenschaftliches Vermögen dar, das häufig nur schwierig zu entdecken ist.

Gebrauchsspuren, Anmerkungen und andere Randbemerkungen, die im Originalband enthalten sind, finden sich auch in dieser Datei – eine Erinnerung an die lange Reise, die das Buch vom Verleger zu einer Bibliothek und weiter zu Ihnen hinter sich gebracht hat.

## Nutzungsrichtlinien

Google ist stolz, mit Bibliotheken in partnerschaftlicher Zusammenarbeit öffentlich zugängliches Material zu digitalisieren und einer breiten Masse zugänglich zu machen. Öffentlich zugängliche Bücher gehören der Öffentlichkeit, und wir sind nur ihre Hüter. Nichtsdestotrotz ist diese Arbeit kostspielig. Um diese Ressource weiterhin zur Verfügung stellen zu können, haben wir Schritte unternommen, um den Missbrauch durch kommerzielle Parteien zu verhindern. Dazu gehören technische Einschränkungen für automatisierte Abfragen.

Wir bitten Sie um Einhaltung folgender Richtlinien:

- + *Nutzung der Dateien zu nichtkommerziellen Zwecken* Wir haben Google Buchsuche für Endanwender konzipiert und möchten, dass Sie diese Dateien nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke verwenden.
- + *Keine automatisierten Abfragen* Senden Sie keine automatisierten Abfragen irgendwelcher Art an das Google-System. Wenn Sie Recherchen über maschinelle Übersetzung, optische Zeichenerkennung oder andere Bereiche durchführen, in denen der Zugang zu Text in großen Mengen nützlich ist, wenden Sie sich bitte an uns. Wir fördern die Nutzung des öffentlich zugänglichen Materials für diese Zwecke und können Ihnen unter Umständen helfen.
- + *Beibehaltung von Google-Markenelementen* Das "Wasserzeichen" von Google, das Sie in jeder Datei finden, ist wichtig zur Information über dieses Projekt und hilft den Anwendern weiteres Material über Google Buchsuche zu finden. Bitte entfernen Sie das Wasserzeichen nicht.
- + *Bewegen Sie sich innerhalb der Legalität* Unabhängig von Ihrem Verwendungszweck müssen Sie sich Ihrer Verantwortung bewusst sein, sicherzustellen, dass Ihre Nutzung legal ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass ein Buch, das nach unserem Dafürhalten für Nutzer in den USA öffentlich zugänglich ist, auch für Nutzer in anderen Ländern öffentlich zugänglich ist. Ob ein Buch noch dem Urheberrecht unterliegt, ist von Land zu Land verschieden. Wir können keine Beratung leisten, ob eine bestimmte Nutzung eines bestimmten Buches gesetzlich zulässig ist. Gehen Sie nicht davon aus, dass das Erscheinen eines Buchs in Google Buchsuche bedeutet, dass es in jeder Form und überall auf der Welt verwendet werden kann. Eine Urheberrechtsverletzung kann schwerwiegende Folgen haben.

## Über Google Buchsuche

Das Ziel von Google besteht darin, die weltweiten Informationen zu organisieren und allgemein nutzbar und zugänglich zu machen. Google Buchsuche hilft Lesern dabei, die Bücher dieser Welt zu entdecken, und unterstützt Autoren und Verleger dabei, neue Zielgruppen zu erreichen. Den gesamten Buchtext können Sie im Internet unter <http://books.google.com> durchsuchen.

Lt  
6  
589



*Lt 6.589*



**Harvard College Library**

THE GIFT OF

STEPHEN SALISBURY,

OF WORCESTER, MASS.

(Class of 1817.)

*26 Oct., 1897.*





DE  
PERSONARUM NOTIS  
IN CODICIBUS TERENTIANIS.

---

**DISSERTATIO INAUGURALIS**

QUAM SCRIPSIT

ET

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES  
CAPESSENDOS

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINI

IN

UNIVERSITATE LITERARUM ROSTOCHIENSI

PROPOSUIT

**ALBERTUS WILMS**

PRIGNITIUS.


---

HALAE

TYPIS GEBAUERICO-SCHWETSCHKEANIS.

MDCCCLXXXI.

Lt 6.589




Salisbury fund.



**GUILELMO CROLOW,**  
**ARTHURIO CLOOS,**  
**ADOLFO HOFMEISTER**

**AMICIS**

**D. D.**



Sermonum distributio cum in plurimorum, qui dialogos composuerunt, scriptorum codicibus ita significetur, ut eorum qui verba faciunt literae initiales praescribantur, longe aliam in Terentii Bembino et Victoriano nec non in codicis Veteris Plautini Trinummo invenimus observatam rationem. His enim in libris literae graecae plerumque ex ordine alphabetico positae personis in scaenarum initiis praescriptis adiunctae sunt, quibus deinceps per ipsas scenas distinguuntur. Diu viri doctissimi in ea, quae a priori, ut aiunt, animos occupat, sententia, positas eas esse notas pro personarum literis initialibus, acquiescebant, neque quisquam maiora ex illis conabatur elicere.

Novissima demum aetate quid significaretur, altera invaluit opinio quae priorem illam nemine adhuc oblocuto non modo infirmasse sed etiam prorsus videtur profigasse. Friderico enim Ritschelio, cum Trinumnum iterum ederet<sup>1)</sup>, cum de huius comoediae tum de Bembini notis haec placuerunt: „Praeterea, de quibus expositum est, duo singularia *B* (codex *Vetus*) habet sibi quae propria. Primum hoc, „quod personarum notatio non fit ipsorum nominum binis, „ternisve literis initialibus, ut in ceteris codicibus usu venit „(per alias fabulas etiam in *C*) sed singularibus graecis. „Eius instituti cum modo plura modo pauciora vestigia servaverint *Poen.*, *Ps.*, *Truc.*, *Bacch.*, tum per ipsam Trinumnum graecarum litterarum usus constans est: idque ita, „ut et *Megaronidis* et *Philtonis* (*II*, 2) nota  $\alpha$  sit, *Call. B*,

<sup>1)</sup> Trinummus ed. Ritschelius ed. II. praef. p. LV sq.

„Lesbonici *E*, Lysitelis *Z*, Charmidis  $\Theta$ , Stasimi *K*, Sycophantae *X*. Ubi si miraberis duas personas una esse  $\alpha$  nota signatas, id qua ratione regatur quamque vim habeat, paucis nunc significare tantum liceat . . . . Nisi enim omnia fallunt, graecae literae illae non distinguendi tantum aliquo scribendi compendio inserviunt, sed ad actarum agendarumque fabularum consilium atque apparatus spectant: ita quidem, ut quae partes quot et quorum histrionum fuerint totidem literarum notis declaretur. Eamque rationem etiam in Bemb. cod. Terentii cadere, in quo personarum notatio graecis literis facta per omnes fabulas pertinet constantissime, iam tum mihi visus sum intellegere, cum eum librum ante hos XXXIII annos curiose tractavi . . . . Itaque nisi me mea ratiocinatio fallit, Trinummus aliquo aetate acta est ab histrionibus septem idque ita ut Calliclis, Lys, Lesb, Charm, Stasim., Syc., partes singuli actores sustinerent, unius autem eiusdemque actoris et Megaronidis et Philtonis partes essent: id quod per argumenti et continentiam et vicissitudines actuumque ac scenarum et instertitia et nexus commodissime fieri facile unusquisque pro se experiri poterit.“

Quae viri summi suspicio valde compluribus rerum Terentianarum studiosis adridebat et in dies magis magisque philologorum animos ad sese convertebat. Post Ritschellium hac in quaestione illustranda versatus est primus C. Steffenius<sup>2)</sup>: atque ita, ut praeceptoris suspicionem accuratissima notarum examinatione omnibus ex partibus confirmaret atque stabiliret. Nec aliter nuperrime Carolus Dziatzko<sup>3)</sup> ac Guilelmus Wagnerus<sup>4)</sup> pauca de illius opinione immutantes iudicaverunt.

<sup>2)</sup> Act. societ. philol. Lips. ed. F. Ritschel. t. II. p. 109 59.

<sup>3)</sup> Jen. Lit.-Ztg. 1874. p. 29.

<sup>4)</sup> Jahresbericht von Bursian. 1873. Heft 4. p. 445.

Quaerentibus autem nobis, quidnam fuerit cur illi nunc viri in notis certo munere fungentibus nova studeant detegere, extemplo causam huius rei sitam esse in illa significandi ratione omnino insolita ac mira apparebit, deinde autem in eo, quod Bembini potissimum notae minime exhibeant ordinem, nec eorum qui contemplantur, saltem leviter contemplantur delectent praeclara specie animos. Atque ad hanc fucosam notarum turbam referenda est illa quae inter Steffenium aliosque intercedit diversitas sententiarum. Qui quidem quo pertineant notae egregie inter se consentiunt, dissentiunt tantum de personarum distributione. Cum enim in Trinummo actores sua quisque nota graeca totam per comoediam sint denotati, in Bembino tanta nobis occurrit literarum vicissitudo, ut saepius singulis interlocutoribus binas ternas quin etiam quaternas invenias ad scriptas. Quodsi igitur illae notae spectare dicuntur ad res scaenicas, id maxime est disceptandum, utrum personarum distributio talis antiquitus fuerit, ut suam quisque histrio personam vel personas ab initio fabulae usque ad exitum susciperet, an talis, ut singulas personas actores complures inter se dispertirentur. Ergo qui lege aethetica nixi illud collaudabant distribuendi institutum, ex variis singularum personarum literis unam iustam veramque debuerunt adhibita mutatione atque emendatione enucleare, quibus vero haec distributio magis placebat, iis Bembini auctoritatem secutis pleraeque personae fuerunt discindendae frustulae actoribus mandanda. Mira profecto institutio scaenical!

Alteram autem viam ingressus est Steffenius, alteram Dziatzko atque Wagnerus, qui quid sentiant paucis nunc explicabo.

Ille nonnullas personas totam per comoediam una eademque significatas esse litera explorato ita progreditur, ut ex illis paucis similem concludat reliquarum multarum

statum primumque „suam unius cuiusque notam per totam fabulam antiquitus pertinuisse“ contendat. Deinde cum accurata notarum contemplatione tum aliis argumentis extrinsecus adductis effertur ad summum disquisitionis cacumen nec iam „eas literas ad numerum actorum in certum quendam modum redigendum et redactum pertinere“ dubitat affirmare. Quo posito necessariae ad ordinem in notis restituendum nec profecto exiguae emendationes adhibentur, neque ita multo post personae Terentianae mirabili cadent notarum aequabilitate, numerus actorum adhuc ambiguus est detectus constitutusque, personarum distributio perfecta. Sed de mutandis istis Bembini notis num recte ratiocinatus est Steffenius? Licuitne ei ex undecim, ni fallor, personis aequae signatis idem cogere de reliquarum numero permagno? Quantas notarum corruptiones imputat iste Bembino, cuius in verbis praestantiam eximiam admirati sumus adhuc! Neque tamen cunctas difficultates rationi novae obiectas hoc modo potuit tollere; velut in Eunucho Phaedriae partes inter duos dividere est coactus actores. Iam credo vides, ubi lateat illius argumentationis infirmitas. Sed nunc haec de Steffenio satis sint: in solo molli atque soluto eum, non in rupe dura nec evertenda iecisse quaestionis suae fundamenta infra planius cognosces.

Tali de arbitrio in notis adhibendo et Dziatzko et Wagnerus discrepant a Steffenio maximeque dant ei opprobrio, quod difficultatis quam modo ex Eunucho attuli non satis habuerit rationem. Hoc enim ex discrimine in quod Steff. inciderit evidenter sequi, haud librariorum errore vel arbitrio, haud temporum iniquitate Bembini notas tanta corruptione totque maculis esse affectas, sed paene integras ex personarum distributione pariter, atque Bembinus commendaret, antiquitus facta nobis esse servatas fidamque huius rerum scaenicarum partis imaginem praebere. Neque vero

minus quam Steffenius hi viri mea quidem sententia faciunt fallaciam; etenim cum minime adhuc eiusmodi personarum distributionem artificiosissimam in Romanorum theatri dominatam esse constet, ante omnia ista institutorum scaenorum maximam partem amiciens obscuritas fuit illustranda atque amovenda. Quo demum facto etiam Bembini notas valere ad id institutum potuerunt demonstrare. At contrarium non licet, quia nondum utrum notae ad aliam quoque sermonum distributione excepta rem fortasse maiorem pertineant necne, quoque pertineant probe comperimus. An Steffenii causae, quibus illis viris Terentii peritissimis persuasit, ut ipsius sententiam sequerentur, an Ritschelii argumenta ea sunt, quibus sine ulla dubitatione confidamus?

Verum enim vero iam tempus est ipsam aggredi ad rem. Neque vero ita propositum nostrum tractabo, ut Steffenii causas singillatim Wagnerique sententiam reiciam — neque enim oratiunculam in illos criticam sum scripturus — sed multo utilius atque aptius est mihi visum de integro quid de notis sentiendum sit explorare, Steffenii autem causas cum in oratione ipsa tum in adnotationibus, ubi occasio dabitur, sive probare sive redarguere. Ut autem clarior res fiat faciliusque unusquisque quid sim expositurus intellegere possit, tabulas literarum in cod. Bemb. exaratarum adscribere iisque Trinummi addere libet.

Ac prima quidem erit quaestio, quonam modo eiusmodi personas significandi ratio in libros qui aetatem tulerunt irrepserit? Duo queunt excogitari modi: alterum Steffenius Dziatzko Wagnerus comprobant, alterum ego ostendam. Aut enim re vera notae, ut vicariae essent nominum ipsorum vel, ut clarius dicam, actorum, a gregis domino in histrionum exemplaria inductae sunt, unde tempore procedente in libros transierunt; aut posteriore demum aetate quasi nova signandi norma a librario quodam compendii

instar pro interlocutorum initialibus ad fabulas adhibita sunt.

Etsi autem hic personas distribuendi modus ex nostrae mentis ingeniique natura valde videtur insolitus ac mirus, in quo nescio an merito offendamus, attamen id potissimum tenere debemus idque cavere, ne nostrorum temporum mores ritusque cum pristinis confundamus neve quae hodie sunt rata atque usurpata etiam in antiquitate credamus fuisse. Namque si erimus recordati, quantopere codicum librarii aliquam laboris partem certis quibusdam compendii normis ac formulis adhibitis minuere studuerint, porro si cogitaverimus — quod quidem hac in re intellegenda summi momenti esse dico — complurium interlocutorum nomina non ex prima modo eadem litera exordiri, verum etiam identidem ex duabus, quin ex tribus, fieri potuisse erit consentaneum, ut cum commoditatis causa tum obscuritatis initialium usu necessariae evitandae gratia librarius sua sponte novam signandi normam quaereret et has notas graecas reperiret. Ea autem causa, quam Steffenius sibi fingit „aptiorem graecarum literarum usum codicibus esse maiusculis latinis scriptis“, nimis credo levis est quam ut accuratius eam attingamus. Quodsi vero opponit, „cur (librarii) ad distribuendos personis sermones non adhibuerint eas literas graecas, a quibus nomina ordiantur, quippe graeca esse cognomina“, id quod modo de initialibus nominum simillimis disseruimus, ei non in mentem venit. Sane in initiales graecas non aequae cadere sententiam nostram concedo, attamen, etiamsi pauca interlocutorum Terentianorum nomina ab iisdem initium capiant literis latine scripta, graece contra exarata a diversis, velut Phaedria ac Pythias, quorum ille  $\Phi$  haec  $\Pi$  habet initialem, tot restant nomina apud ipsum Terentium quae graeca scriptura nihil commutentur. Nec immerito vel temere me hac in difficultate notarum originem quaerere,



testem affero Victorianum, codicem Calliopianae quae dicitur recensiois vetustissimum. Cuius libri notae utrum eadem forma qua nunc habemus a prima quondam manu pictae sint, an — quod Steffenio placet — mediae aetatis a manu recentiore Bembino duce correctae, parum refert ad hanc quaestionem decernendam. Mihi enim in Victoriano manifestissima librarii, ut omnes dubitationes cui personae sermo sit attribuendus propelleret, studentis indagasse satis est vestigia. Tres significandi rationes in illo libro nobis occurrunt; prima longeque frequentissima constat in notis graecis Bembini valde congruis, altera in initialium usu saepe literis graecis interrupto, tertia ratio est ordo literarum graecarum alphabeticus. Ipsa ex ea significatione triplici possumus colligere omnino non librarium seu stultitiae seu inconstantiae accusare licere, sed constitutum certumque consilium in Victoriani notis quaerendum esse. Ac profecto! Etiam atque etiam nova videtur librarius esse molitus, ut quam clarissimam redderet denotationem; quin oculis paene cernimus eum vacillantem deliberantem meditantem, qui et lectoribus et sibi utilissimam efficiat distinctionem. Quod ut subtilius perspiciatur, confer, quaeso, Eunuchi tab. II:

In I, 1. Phaedriae Parmenonique praescriptae sunt initiales *P* et *PA*. In I, 2 contra hic notandi modus cum incommodior paullo et quasi periculosior videretur, librarius *A* nota Phaedriam, *B* Parmenonem significavit; in II, 3 vero Parmenone sine Phaedria vel Pythiade una cum Chaerea in scena versante illico *P* locum suum retinet. Neque secus in IV, 4 de Doriadis Dorique notis res sese habet. Namque litera *D* servae iam addita Dorus denotatur *E*. Quae res multo maiorem habebit commendationem illis scenis quibus Thais meretrix Thrasoque miles una agunt: illi enim simplex *T* adstat, huic autem *TR* addendae videbantur esse; sed in IV, 7 siquidem Thaidem librarius *TH* distinxit, *T*

sola satis est militi. Nec minus necessariam illam diligentiam, necessarium illud perspicuitatis studium animadverteris in Phormionis literis ex ordine alphabetico scriptis.<sup>5)</sup>

Qua autem difficultate posterioris aetatis librarius vexatus est et turbatus, ea Bembini auctor leviter supersedere nec debuit nec ausus est; itaque meo iure ex Victoriani notis similem Bembini literarum originem colligo.

Quibus de notarum origine non sine veri ut spero specie dictis iam ad eam partem transibo, qua Bembini notas omnino non esse corruptas depravatasque gravissimis evincens argumentis Steffenio subtraham fundamentum:

*! cf. d. A.* Tria sunt in notis nostris eorum qui legunt oculos ad sese convertentia: Viri plerumque *ABΓΔΖ* literis significantur, feminae semper fere *E* et *Θ*, partes denique secundariae ultimis alphabeti literis *Φ* et *X*. Quas literarum proprietates Steffenius mihi quidem admodum videtur neglexisse. Etenim qui potuit tantas corruptiones tantasque depravationes Bembino imputare, cum aliquam dispositionem in notis inesse sit in propatulo? Nonne, si hoc consilium constitutum ubique fere observatur, tot errorum librariorum accusare nefas est?

At his proprietatibus multo maiorem quam adhuc factum est vim tribuere debemus, ex iisque profecti fortasse aliam quoque notarum detegemus rationem quae validissimo adversus Steffenii emendationes violentissimas erit praesidio. Id certe iis dilucide demonstratur, notas non collocatas esse vel descriptas a librariis sine omni consilio. Quo autem iure Steffenius, utpote qui ordinem notarum nolit servare, has proprietates ad suam sententiam sustinendam sibi vindicet, ego quidem non intellego.

<sup>5)</sup> Cratini *M* quippe quae cum supra scenam tum — id quod admodum notabile esse dico — in ipsa scena bis in rasura exstet, pro litera alia inter *H* et *M* versante credô irrepsit.

Modo tot violentas mutationes fieri vetui; iam vero notas paene nihil commutari debere dico. Etenim quamvis facile eas potuisse depravari primo obtutu arbitremur, tamen ideirco expertes fuerunt omnis corruptionis, quia scenis superscriptae eadem per ipsas scenas ad sermones personis distribuendos repetitae sunt. Namque si librarium doctum Bembinum nostrum ex archetypo quodam transcripsisse ponas, certe eum unius notae supra scenam corruptae gratia omnes intra scenam permutasse negabis. Profecto tantum aberat, ut vir aliquanto eruditior ex obscuritate pravam erueret; ut ex eiusdem personae intra scenam literis congruentibus, maximam saltem partem congruentibus, antiquam redintegraret. Porro fac hominem indoctum Bembinum ex libro antiquiore edidisse — quod quidem de Bemmino codice tam vetusto ac bono nequit cogitari — nonne futurum fuisse credideris, ut is literas sive falsas sive veras prout ipse legisset in membranas suas reciperet? Num tandem, hoc si factum esset, talis notarum et intra scenas et supra exaratarum concentus nos delectaret, talis sermonum distributio paene ab omni vacua depravatione?<sup>6)</sup>

<sup>6)</sup> Cum operae pretium fore putem, Steffenii emendandi rationem cognoscere — etenim nova ad eum refutandum inde poterimus elicere — paucos locos nunc accuratius explicabo: In Phormionis prioribus duabus scenis Davus agitur ab actore qui in Bemmino notatur litera *B*. Sed quoniam in eiusdem actus sc. 3. *B* iterum Phaedriae partes debet suscipere, neque vero tam celeriter vestium larvarumque mutatio potest fieri, actum alterum — atque haec coniectura mihi probatur — ex scena tertia censet initium capere. Verum posthac cum ab actore *B* totas Phaedriae partes agi necesse sit, aliae quae huic interlocutori additae sunt notae sunt amovendae. Nam *B* per actum III Getae partes agit, cum Phaedria iisdem scenis sit actoris *I*. Quae res non favet Steffenii rationi; quare haec litera Phaedriae demitur eique succedit *B* servo surrepta. Quibus demum difficultatibus amotis potest fieri, ut et Phaedriae et Nausistratae persona ab eodem histrione *B* suscepta sit. Gravius etiam consultit in Getae Antipho-

Quibus de notarum integritate positis etsi iam Steffenius gravissimo destitutus est fulcro, tamen nondum omnia praesidia amoliti sumus, quae ad suam opinionem sustinendam ac defendendam obiecit. Sed priusquam ad reliquas has causas singillatim refutandas aggrediamur, aliud est commemorandum, quo quidquid obstabit ita evanescet, ut pleraque

---

nisque notas. Secundum tab. IV ille semel *F*, octies aliis notis interiectis *A*, bis *E*, ter *B* est denotatus, nec aliter Antiphoni quater *A*, *F* intercedente, quinquies *B* attribuitur. Quodsi vero litera complures post scenas quibus aliae notae eidem nomini adiunctae exstant repetitur, hoc Steffenio certo est testimonio, eam esse antiquissimam ac genuinam; nam in p. 119 legimus: „Denique iam supra dixi in eo summam rei positam esse, si cuius personae eadem notatio inveniatur scenis non continuatis.“ Qua igitur quaeres arte has effugiet angustias ab ipso paratas? Getam spretis *IEB* agi iubet ab *A*, Antiphonem *ABI* reiectis histrioni prorsus novo quem *A* significat tradit. Nescio mehercle, quae res magis eius opinioni obstare possit magisque eam refellere quam haec ratio corrigendi. Ipsa enim novae literae inducendae necessitate debuit deterreri, quominus longius in hac via incerta progrediretur. Profecto libentius paulo eius emendationes laudaremus, dummodo litera *A* semel exstaret in hac fabula. Quamquam aliud in Phormione tollendum fuit obstaculum, priusquam ad eam notarum speciem pulcherrimam perveniret, quam sibi proposuerat: Phormio qui bis in scenam progreditur primo quidem *A* actori datur, deinde autem *Y* insolito sane personarum signo. At, ut iam comperimus, personam distribui in partes complures cum minime liceat, ita a Steffenio mutatum est: *A* histrio ut qui iam antea Getae partes acceperit cedat aemulo *Y* necesse est. Verum quod in II, 3 *Y* (Cratinus) una cum Phormione *A* agit, novum offertur impedimentum. Sed quid refert. Pro *Y* Cratini ponit Steffenius *Ψ*, atque ita tandem actori *Y* omnibus aliis negotiis liberato Phormio potest mandari. Nec minus in Adelphorum notas saevit. Ea in fabula Syrus servus sexies scenis non continuatis ab *A* agitur, semel a *F*, bis a *B*. Cum vero *ABFA* iam allarum participes factae sint personarum, rursus Steffenius ad illud artificium refugit quod modo sumus admirati; etenim hoc quoque loco novum detegit actorem, quem „rarissima“ litera *Y* exornat.

infra paucis possimus absolvere. Dixerit enim quispiam: Quid tunc fiet illis Bembini literis admodum turbatis omni ordine omnique concinnitate carentibus, si non iam licet mutare? Nec scio, an quis notas Trinummi ut quae summo concentus splendore eniteant obiciens eundem ordinem causa quam modo posui neglecta in illo quoque codice restitui iubeat. Sed quidquid contra dicetur, multo manifestior, spero, evadet notarum integritas, postquam alteram rationem, qua notas Bembini esse collocatas extra omnem est dubitationem quaeve et Steffenium et Dziatzkonem et Wagnerum fugit, demonstravero.

Ratio igitur quae animo meo obversatur, haec est:

Personarum primariarum prima quae agit in aliqua scena nota *A*, altera *B*, tertia *Γ* (et q. sq.) denotatur. Quorum si quae abeat, pro ea autem nova accedat, haec exceptis et mulieribus et personis secundariis et iis, quarum litera frequenter repetita haesit in librarii animo, aut nota abeuntis actoris aut litera alphabeti sive sequente sive praeceunte signatur.

Quod quam vere dixerim ut cognoscatur, Bembini notas singillatim perlustrare explorareque, quantum quaeque fabula regula nostra teneatur, utile esse puto; ideoque omissa Andria, cuius maxima pars in Bembino perdita sit ab Eunucho capiam initium.

I,	1.	<i>A</i>	Phaedria	<i>B</i>	Parmeno		
	2.	<i>A</i>	„	<i>B</i>	„	<i>E</i>	Thais <sup>7)</sup>
II,	1.	<i>A</i>	„	<i>B</i>	„		
	2.	<i>A</i>	Gnatho	<i>B</i>	„		
	3.	<i>A</i>	Chaerea	<i>B</i>	„		
III,	1.	<i>A</i>	Gnatho	<i>B</i>	„	<i>Γ</i>	Thraso
	2.	<i>A</i>	„	<i>B</i>	„	<i>Γ</i>	„ <i>E</i> Thais <i>Z</i> Pythias

<sup>7)</sup> Hac in scena literas *A* et *B* non *Γ* sequitur, sed *E*, quia mulier progreditur.

- 8) 3. *B* Chremes *E* Pythias  
 4. *B* Antipho  
 5. *A* Chaerea *B* „  
 IV, 1. ⊙ Dorias.  
 2. *A* Phaedria  
 3. *A* „ *E* Pythias ⊙ „  
 9) 4. *A* „ *A* Dorus *E* „ ⊙ „

At cum in extrema hac comoedia et feminae principatum obtinentes propriis *E* ⊙ *Z*<sup>10)</sup> ornentur et Parmenonis literae *B* librarius perpetuo sit memor, inde satis multa ad regu-

8) In III, 3 cur auctor Chremetem denotaverit *B* certi nihil licet ponere. Ex nostra quidem quam supra constituimus regula ad senem notandum desideramus *A*, cum haec litera Gnathonis partibus perfuncta in scena 3 sit otiosa. Nec tamen hac re confirmatur adversariorum opinio; nam cum *B* in scena priore usque ad finem Parmenonis personam egerit, fieri nondum potest, ut statim hac in scena Chremetis persona fungatur. Paulo profecto facilius Gnathonis *A* qui iam quinque versibus ante scenam 2 finitam a milite praemissus sit, Chremetis partes potuit subire. Sed fortasse ipsis eiusmodi locis quae nos contendimus optime sustententur comprobanturque. Causa enim ex personarum distributione prompta postquam repulsa est, nescio an haud iniuria existimemus, ideo librarium Chremeti *B* literam elegisse, quia haec virorum prioris scenae fine agentium erat nota ultima. Certissimo autem testimonio recte me de librarii consilio iudicavisse est scenae 4 eadem nota *B*, Antiphonti addita, ubi siquidem propter temporis angustias Chremetis Antiphontisque partes a *B* nequeunt recitari, hunc adolescentem sodalis „regressi“ nota instructum esse pro certo affirmaverim.

9) Doro personae secundariae librarius *B* vel *Γ* literas nobiles noluit adscribere. Sed quamquam *Φ* *X* ei praesto erant, tamen ordinis alphabetici gratia eam notam elegit, quae Pythiadis *E* praecedit, *A*.

10) Librarium in notis adhibendis id maxime egisse, ut ex ordine alphabetico primas promeret literas, etiam inde clare perspicies, quod in III, 3 Pythiadis servae in proscenio permanentis notam *Z* in *E* mutavit et in IV, 7 pro Thaidis *Z* usus est *E*. Quocirca quominus illis locis de corruptela cogitetur, vehementissime equidem obsto.

IV. 5. Chremet?

iam illustrandam iam nequeunt hauriri indicia. Extremam tantum scenam sum allaturus, quod ea notarum ratio fit maxime perspicua:

V. 8. *A* Chaerea. *B* Parmeno. *Γ* Gnatho. *Δ* Thraso. *E* Phaedria.

Quis tandem hic non miretur Phaedriae *E*? Quis non intellegat, nulla alia re nisi alphabeti studio librarium esse adductum, ut viro notam mulierum propriam *E* adderet? Provoco nunc ad id, quod iam supra breviter perstrinxi; ista Phaedriae nota *E* Steffenio fuit lapis in via obiectus quem tollere nequivit nec praeterire. Neque iam, cum hanc personam in duas divideret partes, ipse sibi constitit, locumque aggrediendi adversariis quamvis clementibus dedit.

Proinde Hautontimorumeni notas similem in modum examinabo:

- I, 1. *A* Chremes *B* Menedemus  
 2. *A* " *B* Clitipho
- II, 1. *B* "  
 2. *B* " *Γ* Clinia<sup>1)</sup>  
 3. *A* Syrus *B* " *Γ* " *Δ* Dromo  
 4. *A* " *Γ* " *EZ* mulieres.
- III, 1. *A* Chremes *B* Mened.  
 2. *A* " *B* Syrus  
 3. *A* " *B* " *Γ* Clitipho
- IV, 1. *A* " *B* " *Γ* Canthara *⊗* Sostrata  
 2. *B* "  
 3. *B* " *Γ* Clinia
- IV. <sup>1)</sup> 4. *A* Dromo *B* Syrus *Γ* Clinia *Δ* Bacchis *E* Phrygia.

<sup>1)</sup> Hae scenae inter omnes mihi maxime notabiles videntur, quod etiam Dromo servus, persona secundaria, nobili litera *A* denotatur, itemque omni consuetudine, ut in IV 1, neglecta Bacchidi meretrici *A* adscribitur. Quam igitur facile has difficultates quae Steffenium vexarunt tali norma fisi transgredimur! Magis dilucide apertam hanc rationem, hunc ordinem praeclarum ex V 2, et IV 1 comparatione cognoscimus.

5. *A* Chremes *B* Syrus  
 6. *B* „ *Γ* Clitipho  
 7. *A* Chremes *B* „ *Γ* „  
 8. *A* „ *B* Mened.  
 V. 1. *A* „ *B* „  
 2. *A* „ *B* „ *Γ* „ *A* Syrus  
 3. *A* „  $\emptyset$  Canthara.  
 4. *A* Chremes *Γ* Clitipho  $\emptyset$  Canthara  
 5. *A* „ *B* „ *Γ* „  $\emptyset$  „

Nunc vero transeamus ad ejus comoediae notas, quae propter Wagneri sententiam gravissimam defensionem expectat, ad Phormionis<sup>12)</sup>:

<sup>12)</sup> De notarum huius fabulae mutatione Wagnerus personarum distributioni haec asserit verba:

„Im Einzelnen wäre noch anzugeben: 1. v. 179 muss es wohl „im Bembinus heissen *A* Antipho *B* Phaedria (einfache Wiederholung „der Ueberschrift v. 153) *Γ* Geta. 2. v. 231: *Z* Demipho (der neu „hinzukommende) *B* Phaedria, *Γ* Geta (die beiden dagebliebenen). „3. Dann ist v. 465, 485, 534 *B* ein Fehler für *E* Geta. 4. 485 soll es „heissen: *A* Antipho, *E* Geta, *Γ* Phaedria, *Z* Dorio. 5. 784 u. 795: *Υ* „Nausistrata. Hier wo die Rolle der Nausistrata noch unbedeutend „ist, wird sie einem der Nebenacteurs anvertraut, später gehört sie „nach dem Zeugnisse des Bem. in ihrem letzten für die Handlung des Stückes bedeutenden Theil dem *B*. 6. 329 (829) und von da an *Γ* Phormio, da sich kein Anderer der Hauptacteurs für diese Rolle an dieser Stelle verwenden lässt.

Quod ad priores tres emendationes attinet, haec respondeo: Ipsa ista notarum vicissitudine nostrae opinioni fulcrum firmum paratur, cum denuo notas ex literarum ordine in unaquaque scena ponendi studium optime videamus. Geta enim, huius scenae primus qui verba facit, accipit not. *A*; Phaedria cum eo collocutus signatur *B*; ergo Antiphonti, actori tertio, tertia litera *Γ* restat. Neque minus, si ad ordinem notarum alphabeticum animum adverteris, mecum a Wagnero dissenties de III, 1 nota *B* Getae data, pro qua illo *E* vult poni, quoniam semel ante Geta habuit *E*; atque item ex nostro principio proficiscens in III, 2 *E* Getae Dorionisque *Z* pro *B* et *E* in Bem. traditis positas



- I, 1. B Davos  
 2. B "  $\Gamma$  Geta  
 3.  $\mathcal{A}$  Antipho B Phaedria  
 4.  $\mathcal{A}$  Geta B "  $\Gamma$  Antipho
- II, 1.  $\mathcal{A}$  " B " Z Demipho why not  $\Delta$   
 2.  $\mathcal{A}$  Phormio E Geta  
 3.  $\mathcal{A}$  "  $\Gamma$  Hegio Z Demipho
- III, 1.  $\mathcal{A}$  Antipho B Geta  
 2.  $\mathcal{A}$  " B "  $\Gamma$  Phaedria E Dorio  
 3.  $\mathcal{A}$  " B "  $\Gamma$  "
- IV, 1. E Chremes Z Demipho  
 2.  $\mathcal{A}$  Geta E " Z "  
 3.  $\mathcal{A}$  " B Antipho " Z "  
 4.  $\mathcal{A}$  " B " " " "  
 5.  $\mathcal{A}$  " E " Z "
- nomen?  
why Y for Phormion?

Longius Phormionis notas persequi nihil valet ad quaestionem. In extrema enim fabula librarius notis Demiphonis Chremetisque qui hinc usque ad finem primas agant partes vel ab initio per totam comoediam uti constituisse vel saepius repetendo animo eas videtur inculcasse.

Eandem quam adhuc demonstrare conabar legem potissimum in Hecyra dominari ex hac tabula patebit:

- I, 1. B Philotis  $\Gamma$  Syra  
 2.  $\mathcal{A}$  Parmeno B "  $\Gamma$  "
- II, 1. B Laches  $\emptyset$  Sostrata  
 2.  $\mathcal{A}$  Phidippus B "  $\emptyset$  "  
 3.  $\emptyset$  "
- III, 1.  $\mathcal{A}$  Pamphilus B Parmeno

reicies. Cur vero in V, 3 et 4 Nausistratam  $\Upsilon$  actori mandaverit, causam iustam frustra quaeris. Iam quod Steffenio dedit orimini in ipsum Wagnerum relabi vides, cum ne  $\Upsilon$  quidem Phormionis pareat, sed huic scenae, quamvis multis scenis ius eius demonstratur,  $\Gamma$  praescribat.

2. *B Pamphilus*  $\Gamma$  *Parmeno*<sup>13)</sup>  
 3. *B* "  
 4.  $\mathcal{A}$  *Parmeno* *B* *Sosia*  $\Gamma$  *Pamphilus*
- IV, 1. *B Phidippus*  $\Phi$  *Myrrhina*  
 2. *B Pamphilus*  $\Theta$  *Sostrata*  
 3. *B* "  $\Gamma$  *Laches*  
 4.  $\mathcal{A}$  " *B* "  $\Gamma$  "
- V, 1. *B Bacchis*  $\Gamma$  "  
 2.  $\mathcal{A}$  *Phidippus* *B Bacchis*  $\Gamma$  *Laches*  
 3.  $\mathcal{A}$  *Parmeno* *B* "  
 4.  $\mathcal{A}$  " *B* "  $\Gamma$  *Pamphilus*.

Adelphorum denique notae hunc ordinem praebent:

- I. 1.  $\mathcal{A}$  *Micio*  
 2.  $\mathcal{A}$  " *B Demea*
- II, 1.  $\mathcal{A}$  *Aeschinus* *B Sannio*  $\Gamma$  *Parmeno*  
 2.  $\mathcal{A}$  *Syrus* *B* "  
 3.  $\mathcal{A}$  " *B* "  $\Gamma$  *Ctesipho*  
 4.  $\mathcal{A}$  " *B* "  $\Gamma$  "  $\mathcal{A}$  *Aeschinus*
- III, 1.  $\Phi$  et  $\Theta$  *mulieres*  
 2. ~~*B Geta*~~ " "  
 3.  $\mathcal{A}$  *Syrus* *B Demea*  
 4. *B* "  $\Gamma$  *Hegio*  $\mathcal{A}$  *Geta*  
 5.  $\Gamma$  "
- IV. 1.  $\mathcal{A}$  "  $\Gamma$  *Ctesipho*  
 2.  $\mathcal{A}$  " *B* "  $\Gamma$  "  
 3. *B* "  $\Gamma$  *Hegio*  
 4.  $\mathcal{A}$  *Aeschinus*

<sup>13)</sup> Miramur quod hoc loco non prioris literae  $\mathcal{A}$  et *B* Pamphilo Parmenonique additae repetuntur. Sed ea variatione cum simili Phormionis (cfr. adnot. 12) scena collata quod supra monui felicissime stabilitur. Porro huc adde Phidippi *B* (IV, 1) atque sine dubio ideo *B* Pamphilo adiunctam esse erit consentaneum, quia haec nota prioris scenae est ultima.

5. *A* Aeschinus *B* Micio  
 6. *B* Demea  
 7. *A* Micio *B* „  
 V. 1. *B* „ *Γ* Syrus  
 2. *A* Syrus *B* „ *Δ* Dromo  
 3. *A* Micio *B* „  
 4. *A* Demea  
 5. *A* „ *B* Syrus  
 6. *A* „ *Γ* Geta  
 7. *A* Micio *B* Demea *Γ* Syrus *Δ* Aeschinus

Huius comoediae notae ad nostram sententiam demonstrandam gravissimae sunt dignaeque, quae accuratius paullo perlustrentur. Quod qui fecerit, eum in partes meas sine ulla dubitatione iturum esse spero atque confido.

Ubique enim eminet ordinis alphabetici studium. Pauci autem loci quibus librarius a regula videatur descivisse non sunt ii, qui nobis sint noxiae atque periculosae. Immo plerumque ex iis novam haurimus opem, cum res, si notas ita ut diximus positas esse nollemus agnoscere, omnino non posset intellegi nisi manu emendatrice sexcentiens adhibita. Quantum igitur Steffenius cum notas Terentianas corrigeret peccaverit, non iam est quod memorem.

Sed iam restant nonnulla argumenta a Steffenio extrinsecus allata, quibus summa totius huius quaestionis, illas notas antiquitus a domino quodam gregis in actorum exemplaria inductas esse itaque ad actores pertinere, valde videtur fulciri.

„Sic demum (sc. si Bembini notas ad res antiquitatis „scaenicas sunt referendae), inquit Steffen<sup>14)</sup>, intellegitur, cur „tandem toties binae atque adeo ternae singulis literis per-

<sup>14)</sup> p. 127.

„sonae indicentur. Iam enim apparet eas ad numerum actorum in certum quendam modum redigendum et redactum pertinere . . . . . Atque manifesta sunt talis instituti vestigia. Quid enim, quod in Adelphis Parmeno Ctesiphon Hegio per eandem semper *T* litteram denotantur? Quas quidem personas ab uno actore suscipi potuisse in aperto est. Atque idem cadit in Hecyrae Philotidem Sosiam Bacchidem (*B*), in Phormionis Nausistratam et Davom (*B*), in eiusdem fabulae Chremetem et Dorionem (*E*), in Heantonimorum Chremetem et Dromonem (*A*). Habes igitur quinque exempla certissima.“ Nostrum autem esto haec exempla paullo diligentius examinare. Aliter enim de iis sentio, atque hac quoque occasione quid effecerit casus, quid ordo alphabeticus, experiemur. Ac primum quidem vertamus nos ad Adelphorum II, 1. Ubi Parmeno littera *T* describitur, quia Aeschinus et Sannio iam *A* et *B* praeceperunt; accedit igitur secundum regulam, quam posui, *T* tertia littera. Cur autem in eiusdem actus scena altera Ctesiphonti quoque adiungitur *T*? Nempe quod Syrus *A* et Sannio *B* iam ante eum prodierunt in scenam. Neque iam Hegionis *T* mirabimur, si quo consilio librarius notas adhibuerit spectaverimus. Quod vero littera *T* bis servus Geta, bis Syrus significatur, videlicet non librarii consilio Steffenius dat eiusque voluntati, sed tales locos habet pro corruptis. In Hecyra fabula Philotis Sosia Bacchis una eademque *B* sunt notatae. Philotis in duabus actus I scenis agit, Sosia aliquanto posterius, Bacchis actus V initio in proscenium venit, ubi usque ad exitum versatur. Quem harum trium partium concentum nunc facillime ratione ac via intellegemus, nec omnino inde opus est colligere quod Steffenio placuit. Etsi enim pauca obstant adhuc obstacula, tamen mox quo consilio ductus literas librarius distribuerit, probe liquebit. Quid? quod praeter Sostratam mulierem

fere omnes Hecyrae personae *A B Γ* literis sunt exornatae? Nonne igitur meo iure quaero, cur librarius Philotidem, quippe quae prima agat non *A* ordinis alphabetici principe indicaverit? Feliciter aliunde nobis anxii fertur auxilium omniaque tolluntur impedimenta. Huic enim Hecyrae loco simillimum est initium Phormionis fabulae, ut quae eadem ex persona protatica exordiat. Ut autem illius comoediae Philotis, ita huius Davus *B* signatur; alteri interlocutori simul agenti et hic et illic *Γ* litera sequens adscribitur. Reliquae contra fabulae ab *A*, cui succedit *B*, exordiuntur. Hinc mea quidem sententia id efficitur, ut non ideo quod histrio *B* tres illas personas egerit, Philotidem *B* significatam esse cognoscatur, sed quia librarius *A* quam primariis tantum partibus atque virilibus apponere solebat, ad secundariam personam muliebrem adhibere noluit. Quod vero Sosia *B* significatur, non tam casu factum est, quam necessitate. Nam ad Pamphilum in III, 3 solum agentem cum in III, 4 Parmeno ac Sosia, quorum ille est gravior, accedant, horum trium nomina eo ordine exstant, ut „quas (librarius) priores in scena commemoratas deprehendit (non loquentes) personas, priores in indice scriberet<sup>15)</sup>.“ Itaque quid mirum, si Parmenoni *A*, Sosiae *B*, Pamphilo *Γ* librarius ut ordo servaretur alphabeticus addidit? Denique de Bacchidis *B* quid sit sentiendum haud difficile est dictu: Ut fine actus IV Laches *Γ* literam fert, ita in V, 1 quoque eadem signatur; hic igitur litera *B* priore posita ordinem alphabeticum effecit. Ceterum hae notae si actorum quasi imagines nobis ostenderent, merito in eo offenderem, quod Bacchis non a *Θ* vel *E* agitur, cum praesertim *Θ* Sostratae munere perfuncta post IV, 3 vacet meretrici; certe enim magis est naturae aptum omnes personas muliebres, quantum possit

why not  
not E or  
E or quasi

<sup>15)</sup> Cfr. Umpfenb. praef. p. IX et X.

fieri, ab eodem suscipi actore, quam ab eo histrione, cui praeterea etiam virorum partes agendae sint ut in *Hecyra B* ter Lacheti, semel Phidippo, Pamphilo quinquies, semel Parmenoni, semel Sosia adscripta est.

Quid de exemplis ex Phormione promptis dicam? Eiusdem sunt modi cuius illa, de quibus modo disputavi. Verum quod Steffenius scribit: „Habes igitur quinque exempla certissima“, liceat mihi hoc de numero unum deminuere; nam in *Hautontimorumenos*, ubi ille Chremetem Dromonemque *A* notatos ponit, is quidem perpetuo cum *A* coniunctus est, at servus habet in III, 3 *A*, non *A*. Et ne de corruptela quidem hic potest cogitari literis *A* et *A* quamvis similibus, quod eadem in scena *A* iam Syri est. Iam vero duo refutationem exspectant argumenta Steffenii, quorum alterum admodum esse exiguum, alterum autem idcirco maximi puto momenti, quod eo ad aliam paucorum codicum et Plautinorum et Terentianorum proprietatem Bembini notis similem adducimur.

Audiamus igitur de priore argumento Steffenium (p. 126): — „ad nullam, inquit, aliam rem nisi ad sermonum distributionem illas notas adhibitas esse ideo credi non potest, quod eadem constanter etiam in soliloquiis „usurpatae sunt, quotiescunque novae scenae initium fit.“

*Andria* excepta invenimus in reliquis quinque comoediis duodecim soliloquia. Quorum septem scenam priorem ita sequuntur, ut interlocutorum complurium unus permaneat in spectatorum conspectu, quinque autem sic sese habent, ut aut persona quaedam per scenam ambulans paullulum secum sermocinatura moretur, aut pauca locuta ab aliis conveniatur. Illa credo soliloquia non magis actoris nota indigerent, si hae notae ad institutum scaenicum spectarent, quam si non spectant. Quippe monologi persona post aliorum interlocutorum discessum permanet in scena

pergitque verba facere; neque idcirco dubitari potest, cui sermo sit attribuendus. In his autem soliloquiis quamquam desideraturos nos esse notas, si Steffenii sententia esset vera, libenter concedo, attamen non alia de monologorum literis tollitur opinio. Quid enim quod in Adelph. V, 4 Demea in scena priore, qua cum Micione *A* collocutus est *B* notatus, illo verso significatur *A*? Qui hoc possemus intelligere, si Steffenium sequeremur? Huc accedit, quod in co-Plauti codice Vetere nunquam monologis notae sunt adscriptae, deinde, quod Victoriani librarius praetermisit eas aliquoties, saepius posuit. Hic certe quin neglegenter notas tractaverit, nequit dubitari. Quare quid me prohibet, quominus Bembini notarum auctorem sive consulto sive ex neglegentia quadam, sicut omnibus aliis scenis literas adscribebat, eas etiam monologis addidisse dicam? An putas, in librarii animo resedissee, quod multis et necessariis notis paucas supervacuas adiungeret, scrupulos?

De altero argumento Steffenius haec dicit: „Quid autem, „quod in fabularum fine cantoris nota  $\omega$  poni solet non „solum in codicibus Terentianis sed etiam in Plautinis? „Quo etiam illud addendum est, quod Ritschellius nuper „Musei Rhen. t. XXVI, p. 599 sqq. demonstravit in codi- „cibus Plautinis C et DV literas eo adhibitas esse ut quae „fabulae partes cantica, quae essent diverbia, significaretur? „Neque ab hac re illud alienum est, quod personarum no- „minibus suis cuique character adscriptus est, ut „Simo „senex“, „Pamphilus adulescens“, „Thais meretrix“ etc. . . . „Tot igitur in codicibus et Terentii et Plauti indicia cum „ad apparatus scaenicum pertineant, quid per se veri est „similius, quam etiam graecas literas illas rei scenicae in- „serviisse?“ Sed quid dicam de nota  $\omega$  non solum in co- dicibus Terentianis sed etiam in Plautinis exstante? Quantum enim equidem compertum habeo, haec  $\omega$  codi-

cum Plautinorum in uno tantummodo invenitur, in Vetere *B*; porro litera  $\omega$  hoc in libro manu scripto semel modo nobis occurrit, idque in fine Trinummi fabulae<sup>16)</sup>. Quid, in Trinummo? Sane! Id est in ea fabula Plautina, qua sola personarum notae satis plene reperiuntur. Quare extra omnem est dubitationem, quin haec litera non possit intellegi, nisi cum aliis ipsis personarum notis comparata atque coniuncta potissimum cum partium secundariarum literis *Y*  $\Phi$  *X*.

Quod vero ad characteres interlocutorum nominibus subiectos pertinet, minime ii ad res antiquitatis scaenicas referendi, sed posterioribus demum temporibus a grammaticis novisque Terentii editoribus textui adscripti videntur esse. Neque illa Hautontimorumeni scena<sup>17)</sup>, qua Antiphila virgo una cum Bacchide scorto agens hoc modo:

*E* Bacchis *Z* Antiphila

Meretrices II

significatur, equidem moveor, ut Umpfenbachio Steffenioque assentiar. Immo Antiphilam meretricis veste iudutam fuisse omnino non esse concedendum videtur. Ex omnibus enim scenis II, 4 praecedentibus, quibus quidem de Antiphila agitur maximeque ex II, 3 et ipsa ex II, 4 sequitur, non sicut meretricem hanc puellam sinceram prodiisse in publicum, sed tali iudutam vestitu, qualem decet virginem. Namque qui potuit Syrus servus meretricem in Clitiphonis matris fidem committere? Num porro illa vestis lugubris, illa anus ancillaeque sordidae societas, illud texendi negotium sunt meretricis indicia<sup>18)</sup>? An putas Antiphilam domi quidem mulierem honestam se praestitisse, verum in publico

<sup>16)</sup> Cfr. Trinum. ed. Brix. adnot. v. 1189. Ritchl. Prol. Trin. p. 30.

<sup>17)</sup> Cfr. Umpfenb. praef. p. X: neque nos paenitet Antiphilae honestae virginis honori non eo consulere voluisse quod Haut. II, 4 mulieris non meretricis characterem insignitam eam induxerimus: nescimus enim an non illi characteres ad ornatum scenicum spectaverint.



scortum? Denique nonne ipsa Bacchidis ad Antiphilam oratio qua concelebrat virginum castarum fortunam summo nobis est testimonio hanc non meretricio ritu vestitam egisse? Etenim si eandem atque Bacchis scorti speciem praebuisset, nimirum nihil inter eam aliasque meretrices interfuisset, neque quisquam adulescens puellam honestam ab inhonestis potuit dignoscere. Quibus de causis mendosum depravatumque esse Antiphilae characterem dico, eumque librarii cuiusdam vel negligentiae vel errori tribuo.

Aliter autem de personarum mutarum significatione supra scenas adscripta iudico; atque librarium personarum mutarum nomina characteresque suprascripsisse mihi persuadeo quae saepius apud Terentium usurpantur, ut Bacchis vel Dromo, vel quae ad verba intellegenda, ad enuntiationum rerumque continuitatem animo concipiendam ipsi videbantur necessaria. Velut Hecyrae V, 2 nutricis titulo superscripto lector quam personam Chremes alloquitur, exemplo edocetur; itemque certe ignoraremus, ad quem in Adolph. II, 1 tenderent Aeschini verba consolantia, nisi Bacchidis nomen in scenae capite scriptum nos doceret. Si autem nonnullos personarum mutarum titulos ac nomina librarii, ut suspicatur Steffenius, „ut additamenta inutilia“ omisissent, id equidem valde mirarer, quod cum Adolph. III, 3 Stephanionem<sup>19)</sup> coquum praetermittebat, non etiam eiusdem scenae Dromonem expunxit. Neque vero in Eun. IV, 7 opus erat ante scenam Thrasonis satellites nominatim affere, si quidem qui sint quemve ad finem advocentur inflammanturque non est ambiguum; hoc quoque loco nomina rara vides.

---

<sup>18)</sup> Ter. Hautontim. II, 3.

<sup>19)</sup> Syrus eum adloquitur: „Salsamenta haec, Stephanio, fac macerentur pulchre.“

De signis denique Plautinis C et DV paucis opus est verbis. Quae quamvis firmiter antiquitatem summam redolere credam habeamque persuasum, tamen valde miratus quid ad nostram quaestionem attineant, quibus vinculis cum Bembini notis sint conectenda, in quo quidem codice desunt prorsus, interrogo. Quid? quod haec signa doctissimorum grammaticorum demum temporibus in libros manu scriptos inducta sunt, iisdem temporibus, quibus versus coepti sunt distingui? Nostrae autem notae, si personarum distributionem exhiberent, ex ipsa actorum, ne dicam Terentii, aetate, qua quidem fabulae Terentianae publice agebantur originem repeterent. Praeterea ne id quidem praetereundum est, has C et DV esse literas latinas, notas autem Bembini graecas. Ergo valeat istud argumentum.

Nunc tandem eo pervenisse mihi videor, ut Steffenii sententiam cadere in Bembini notas negare non iam dubitem. Quidquid enim ille ex notis ipsis elicit, id in utramque partem interpretari poteramus; quin etiam ea fuerunt eius argumenta, ut nostra regula sancita in meas partes transirent 'cuspidesque in auctorem suum verterent. Iam tum cum primum notas mutari emendarique vetabam, Steffenii fulcrum fundamentumque evanuit. Simul Wagneri quoque Dziatzkonisque opinionem infirmatam esse et paullo depressam nemo non videt; attamen minime quod his placet quodque Steffenius censet tam artis inter se cohaerent vinculis, ut de Wagneri personarum distributione addere aliquid iam sit supervacuum. Iam in huius opusculi exordio graviter pronuntiavi, priusquam difficilem suam contortamque distributionem publici iuris faceret, Wagneri fuisse, eiusmodi antiquitus institutum scaenicum dominatum esse non tam apud Graecos quam apud Romanos ostendere. Quare demum illustrata eo potuit progredi, ut Bembini notas ex hac institutione originem ducere diceret. Neque vero

priusquam ea de fabularum actarum ratione sententia refutata fuerit atque sublata, ea quae supra de notis personarum disseruimus omnium adipiscentur comprobationem. Itaque facere non possum, quin breviter quid de Wagneri distribuendi ratione iudicandum sit proferam.

Probe enim memini, etiamnunc ingenii armis, quot ab actoribus Oedipus Coloneus acta sit, dubitari a viris doctis, quorum alii personam Thesei a tribus histrionibus lege sancitis deinceps susceptam, alii *παρασκήμιον* quod dicitur adhibitum esse censent, aliis quartus actor valde probatur<sup>20)</sup>. At etiamsi priorem sententiam sequeremur, tamen omnino non licet hunc morem ad fabulas Terentianas transferre. Sophoclis enim aetate actores, ut inter omnes constat larvis exornati erant, Terentii temporibus sine eis agebant<sup>21)</sup>. Profecto autem aliud est unam ex omnibus personam inter histriones dividere, aliud tot comoediae Terentianae personas in frustra secare! Praeterea Wagnerus non satis cogitata atque considerata scripsisse mihi videtur, atque adeo fallaciam haud exiguam eum fecisse credo. Consentio enim cum illo Terentii aetate nondum usos fuisse larvis actores. Illis igitur temporibus eam quam Wagnerus probat personarum distributionem nondum valuisse ad comoedias Terentii, quis est qui non concedat? Utra autem agendi ratione melius steterint fabulae magisque spectatoribus sint probatae dubitari omnino nequit. Qui igitur potuit fieri, ut Romani

---

<sup>20)</sup> Cfr. W. Teuffel Mus. Rhenan. IX, 137, et F. Ascherson Philol. XII, 750 ff.

<sup>21)</sup> Cfr. Cic. de orat. III, 59, 221: . . . quo melius nostri illi senes, qui personatum ne Roscium quidem magnò opere laudabant. Quem locum qui sine ira ac studio interpretabitur, is Ciceronis demum aetate larvas in usum venisse sibi persuadebit. Cfr. Dziatzko Phorm. praef. p. 19. Aliter sentit Steffenius p. 154, „cui Andria fortasse excepta omnes Terentii comoediae larvis actae videntur fuisse.“

eam fabularum agendarum rationem, quae natura duce exorta est, qua optimae optimorum poetarum fabulae, dico Plauti atque Terentii, antea actae sunt, qua etiam hodie nos utimur, subito larvis inductis desererent Wagnerique rationem ab omni natura omnique arte aesthetica alienam eligerent? Num arbitrabimur unquam, eos histriones, qui vel saeculi septimi fine vel octavi initio populum Romanum delectarunt, atque adeo Roscium ipsum nimis ex pulmonibus lateribusque laborasse nec tanta vocis vi fuisse praeditos quanta Plauti Terentiique aetatis histriones?

Haec mihi quidem contradictio esse videtur, quae nulla ratiocinatione, nulla fontium nostrorum interpretatione poterit tolli.

Cetera quae, quominus Dziatzkoni atque Wagnero assentemur, nos prohibent, iam supra commemoravimus.

Proinde reiciamus etiam alteram de personarum notis in codicibus Terentianis sententiam.

Sed superest aliquid, quod critici acerrimi poscat manum. Nam adeo est difficile, adeo subtile adeoque obscurum, ut vix unquam, quantum equidem praevideo, possit ex tenebris eripi. Postquam enim et Steffenii et aliorum redargui opinionem, postquam veterem sententiam in harum locum restitui, existit mihi nova quaestio, quando tandem illae notae in libros Terentianos inductae sint. Septimum p. Chr. n. saeculum atque octavum iam a principio abnegavimus; offertur igitur temporis spatium inde ab saec. VIII usque eo, cum exortus est Bembinus. Quantus relinquatur campus, in quo exsultare possit vagarique ingenium criticum! Unicum credo auxilium, quod quam maximam de notarum tempore probabilitatem nobis queat parare, ex ipsius Bemhini accuratissima contemplatione petendum est. Quo

autem subsidio eum carere debeamus, in eo quod alia via enucleare poterimus acquiescendum nobis est. Ego nunc ita a dñem optatum pervenire conatus sum, ut ex personarum significatione, quae in aliis codicibus fabulas vel dialogos continentibus exhibetur, potissimum in Bembino vetustioribus aliquid si non certi, tamen veri similis efficerem. Ac primum quidem quaesivi, quinam posset intellegi, in Plauti codice Vetere servatas esse harum notarum reliquias, non in palimpsesto *A*, libro longe vetustissimo? De illius quidem notis canticorum et diverbiorum *C* et *DV* potuit amicus meus, M. Niemeyerus<sup>21)</sup>, contra eos, qui hinc de codicis *B* fonte Ambrosiano priore collegerunt, dicere: „At „enim in codice *B* notae illae verborum cantici et diverbii „sunt, quarum in palimpsesto nullum est vestigium. Atqui „quaerimus ex iis, qui Ambrosianum librum viderunt, quod „tens scenarum superscriptiones, in quibus illae notae exspectarentur, dilucide legere potuerint“, sed idem non caderet in nostras notas quippe quae ubique essent detegendae. Nonne, si notae paene ad Terentii aetatem referendae essent, admodum esset mirum, quod in vetustiore codice nobis desunt, exstant in posteriore? Nonne maxime exspectaremus etiam in Ambrosiano actorum notas? Huc si addidero reliquos Bembino antiquiores libros, velut eum, in quo Phaethontis Euripidei<sup>22)</sup> fragmenta memoriae tradita sunt, illud Iliadis fragmentum Elephantinae detectum<sup>23)</sup>, Vergilii codicem *F* (apud Ribbeckium), praebere nullam aliam personarum significationem, nisi totius nominis vel initialis unius, duorum, si parem interlocutores habent initialem, usum,

<sup>21)</sup> De Plauti fabularum recensione duplici. Diss. inaug. Berol. 1877.

<sup>22)</sup> Edit. a. G. Hermanno in Opusc. t. III. Fragm. duo. Phaethontis e. cod. Clarom. ed. God. Herm. Progr. (4). Lips. 1821. Nauck, frg. trag.

<sup>23)</sup> Cfr. Cambridg. phil. Mus. I, 177 59. Hoc in codice totum nomen praefixum est.

tantum quidem adsecuti sumus, ut Bembinum omnium codicum, ad quos tales notae potuerunt adhiberi, aetatem tulisse antiquissimum non iam cunctemur pronuntiare. Post Bembinum autem quamvis raro tamen interdum alibi literae personarum graecae oculis nostris occurrunt; velut et Victorianum et Veterem memorandi atque adeo perlustrandi supra iterum iterumque occasio dabatur. Sed unum, quod mea quidem sententia haud leviter nostram de Bembini notis sententiam commendavit, deliberato consilio reticimus. Quid enim quod in codice Aristophanis Ravennate, nec non in eius apographo Augustano modo literis graecis personarum significatio effecta est, modo lineis rubris? Quas notas num Steffenius Dziatzko Wagnerus ex rebus veterum Graecorum scaenicis derivant? Attamen cur is interlocutores signandi usus non in plures codices sese effudit, cur in tam pauculis tantum reperitur libris? Facile est dictu: Etenim si Terentii comoedias cum Platonis Ciceronis dialogis, cum Vergilii bucolicis, cum Senecae tragoediis, quin immo si Terentii comoedias cum Aristophanis, Euripidisque fabulis contuleris, ilico erit perspicuum quantum inter se differant. Hic duae vel tres personae inter se verba faciunt idque ita, ut non celeris sit interrogandi respondendique seu sermocinandi vicissitudo; tota actio simplicissima est; illic contra tam saepe in scena personarum notatio fit, tot personae interdum simul agunt et inter se colloquantur, ut etiam illa Horatii regula „ne quarta loqui persona laboret“ saepius neglegatur, nec persona quae loquatur dignosci possit nisi accuratissima et diligentissima distinctione. Personarum autem significationem ut et commodissime et quam clarissime efficerent librariis scribisve curae fuisse, etiam inde perspicies, quod in Ravennate literae graecae vel lineolae adhibitae sunt et in Euripidis libris *F* et *C* lineolae atque initiales. Quae qua ratione positae sint, explicat *U* de

Wilamowitz-Moellendorffius<sup>24)</sup>: „lineolarum . . . . omnino „usus ea certissima lege cohibitus est, ut in diverbio pri- „mum nomina ponantur dein lineolae, quae quid velint iam „satis declarant; intercedente nova persona nomen ponitur „non solum novum, sed etiam eius, qui respondet; quodsi „altera ex eis quae modo verba fecerant personis iam tacet, „lineolas rursus poni posse adparet. peccasse nonnunquam „librarios hac quoque in re consentaneum est“ . . . . .

Sed etiamsi in primo omnium quicunque memoriae tradi-  
diti sunt codicum, in Bembino, notas personarum sese exhi-  
bere nunc invenerimus, postea autem saepius eas exstare-  
tamen iam restat ingens illud temporis spatium ab saec.  
VIII usque ad Bembinum. Quando tandem notarum Terentianarum originem ponemus? Quamquam, hac fortasse via  
ad finem bonum accedemus, saltem appropinquabimus. Si-  
lento enim de notis nostris ab antiquorum temporum gram-  
maticis, qui quidem in dramate latino et in Terentii fabulis  
emendandis atque interpretandis versati sunt, strenue ob-  
servato nonne iure ac merito, ne ex aetate nimis remota  
eas petamus, movemur? Quid? quod nec in Bembini scholiis  
nec apud Diomedem nec apud Euanthium eius instituti  
vestigia detegimus? Quid? quod ne a Donato quidem ulla  
notarum fit mentio? —

Ne longus sim; haud licet Bembini notarum originem  
Donato antiquiorem ponere, neque debent putari in iis, quae  
Donato praesto erant, exemplaribus exstitisse.

Quibus de causis ita rem sese habuisse dico, ut illae  
notae saec. IV vel V p. Chr. a grammatico quodam novam  
Terentii editionem curante vel a librario Terentium descri-  
bente fortasse adeo primum ipsum in Bembinum induce-  
rentur, unde procedente tempore in ceteros quos supra no-  
minavi codices transierunt.

<sup>24)</sup> Analect. Euripid. p. 38 v. 863.

Tab. I Andriae notae.

Codices.	Simo.		Davos.		Mysis.		Pam- phil.	Charin.		Byrria.		Lesbia.		Chre- mes.		Crito.		Dromo.		Adnotationes.	
	Bamb. not.	Vict.	A	D	A	D		A	D	A	D	A	V	A	D	A	D	A	D		
I. 1.	4	A	B	B																	
I. 2.																					
I. 3.																					
I. 4.																					
I. 5.																					
II. 1.	4	T	4	4			T	T	B		Φ.										
II. 2.	4	T	4	4			T	T	B		Φ.										
II. 3.	4	T	4	4			T	T	B		Φ.										
II. 4.	4	T	4	4			T	T	B		Φ.										
II. 5.	4	T	4	4			T	T	B		Φ.										
III. 1.	4	T	4	4			Φ			N											
III. 2.	4	T	4	4																	
III. 3.	4	T	4	4																	
III. 4.	4	T	4	4																	
III. 5.	4	T	4	4																	
IV. 1.								Z	Φ												
IV. 2.								Z	Φ												
IV. 3.								Z	Φ												
IV. 4.								Z	Φ												
IV. 5.								Z	Φ												
V. 1.	4	T	4	4				M	Φ												
V. 2.	4	T	4	4				M	Φ												
V. 3.	4	T	4	4				M	Φ												
V. 4.	4	T	4	4				M	Φ												
V. 5.	4	T	4	4				M	Φ												

1) In I, 1 etiam in Vict. desunt notae.



Tab. II. Eunuchoi notae.

Codices	Phae- dria.		Par- meno.		Thais.		Gna- tho.		Chaerea.		Thraso.		Pythias.		Chremes.		Anti- pho.		Dor- rias.		Dorus.		San- ga.		Adnota- tiones.			
	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D
I. 1.	A	P	B	PA	E	Θ	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A		
I. 2.	A	A	B	B																								
II. 1.	A	A	B	B																								
II. 2.	A	A	B	B																								
III. 1.			B	B	E	T	A	G	A	CK		TR	Z															
III. 2.			B	B								TR	E															
III. 3.			B	B																								
III. 4.			B	B																								
III. 5.			B	B																								
IV. 1.	A	P							A	C																		
IV. 2.	A	P																										
IV. 3.	A	P																										
IV. 4.																												
IV. 5.																												
IV. 6.																												
IV. 7.																												
IV. 8.																												
V. 1.																												
V. 2.																												
V. 3.																												
V. 4.																												
V. 5.																												
V. 6.																												
V. 7.																												
V. 8.	E	PK	B	P																								

Γ Demea.

Φ  
So-  
phronaZ  
S

Tab. III. Hauptinorumeni notae.

Codices	Chre- mes.		Mene- dem.		Chi- tpho.		Chinia.		Syrua.		Pro mo.		Bac- chis.		Anti- pitha.		So- strata.		Can- thara.		Phys- gia.		Adnotationes.	
	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D		
I. 1.	A	C	A	M	A	B	A		A	A	A													<p>(1) IV 2 cum scena priori coniuncta est in D.                  (2) IV 7 in codice D est non nova scena.                  (3) Non est nova scena in D.</p>
I. 2.	A	C	B	M	A	B	A		A	A	A													
II. 1.						B																		
II. 2.						B																		
II. 3.						B																		
III. 1.	A	A	B	B																				
III. 2.	A	A	B	B																				
III. 3.	A	A	B	B																				
IV. 1.)	A	A				T																		
IV. 2.)	A	A				T																		
IV. 3.)	A	A				T																		
IV. 4.)	A	A				T																		
IV. 5.)	A	A				T																		
IV. 6.)	A	A				T																		
IV. 7.)	A	A				T																		
IV. 8.)	A	A				T																		
V. 1.)	A	A				T																		
V. 2.)	A	A				T																		
V. 3.)	A	A				T																		
V. 4.)	A	A				T																		
V. 5.)	A	A				T																		

Tab. IV. Phormionis notae.

Cordices	Dae-vus.		Geta.		An-tipho.		Phae-dria.		Demi-pho.		Phor-mio.		Hegio.		Crati-nus.		Crito.		Dorio.		Chre-mes.		So-phrona		Nausi-strata.		Adnotationes.			
	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D	A	D
I.	B	A	Γ	B	Γ	A	B	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A		
2.	B	A	Γ	B	Γ	A	B	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A		
3.	B	A	Γ	B	Γ	A	B	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A		
4.	B	A	Γ	B	Γ	A	B	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A		
II.	E	E	E	E	E	E	E	E	E	E	E	E	E	E	E	E	E	E	E	E	E	E	E	E	E	E	E	E		
1.	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B		
2.	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B		
3.	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B		
4.)	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B		
III.	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B		
1.	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B		
2.	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B		
3.	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B		
4.	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B	B		
IV.	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A		
1.	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A		
2.	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A		
3.	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A		
4.	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A		
5.	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A		
V.	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A		
1.	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A		
2.	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A		
3.	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A		
4.	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A		
5.	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A		
6.	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A		
7.	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A		
8.	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A		
9.	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A	A		

1) Haec scena  
coniuncta est in  
cod. A cum priorē  
2) in tabula.






Tab. VII. Trinummii notae.

	Megaroid.	Callices.	Lysitales.	Philito.	Lesbonicus.	Stasimus.	Charmides.	Sycophanta.
I.	1.	Solut agit. deest littera.	—					B
	2.							
II.	1.	—	—	A	E	K		B
	2.							
	3.							
III.	1.	A	Z	A	E	K		B
	2.							
	3.							
IV.	1.	A	Z			K	⊙	X
	2.							
	3.							
	4.							
V.	1.	—	solus agit. deest littera.	Z		K	⊙	
	2.							

Iam ante hos tres annos hoc opusculum perfectum erat; sed certis quibusdam causis quominus prius eas quas erui res publici iuris facerem prohibitus sum.


Interea autem Fridericus Leo in observationibus de Senecae tragoediis criticis (p. 85 sqq.) idem invenit. Nec tamen meam operam prorsus inutilem fore spero, cum quod ille leviter tantum perstrinxit, ego quam accuratissime exposuerim omnibusque ex partibus sim persecutus. Universa de hac quaestione quod omnino facere possum cum Leone, gaudeo; dissentio autem de aetate notarum, nam „usu perantiquo et fortasse a primis inde comoediarum exemplaribus solemnibus“ notas in codicibus positas esse haec illius sententia mihi non probatur.

---









MAR 23 1898

JUN 28 1900

AUG 21 1901

SEP 14 1906